Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

in agris. et in tectis siluestribus abortos. ratione quadam copulet in unum locum
et egreganet. et eos in unamquamque rem inducens utile atque honestum primo
propter insolentiam reclamantes. deinde propter rationem atque orationem stu
diosi audientes. ex feris et immanibus mites reddidit ac mansuetos.
Ac dum quidem uidetur dominus rex. hoc nec tacita nec inopes dicendi sapientia
proficere potuisse. ut homines a consuetudine subito euertere et ad diuersas
rationes uitae traducere. K Vnde dicta est rethorica. A A potu retho
reum. id est copia locutionis. K Ad quem finem spectat. A ad bene dicendi
scientiam. K In quibus uersatur res. A In ciuilibus. id est doctis questionibus. quae
naturali animi ingenio capi possunt. Hanc sicut naturale est omnibus se
tueri. et alium ferire. eam si exercitatione non didicerit. ita naturale fere
est omnibus alios accusare et se ipsos purgare. eam si exercitatione non didi
cerint. Sed utilius et primum ut uitae oratione quae disciplinis instruuntur et
usu exercentur. Hanc omnibus naturale est loqui. at tamen multum excellit alios.
quae per grammaticam loquitur. K Bene dicis magister. eam omnis uita nostra disci
plinis proficit et usu ualet. Qua propter huius rethoricae disciplinae regulam
pande nobis. Nam cotidiana occupationum necessitas cogit nos exer
ceri in illis. et primum quot sint illius artis partes dic. A Artis rethoricae
partes sunt. v. inuentio. dispositio. elocutio. memoria. pronuntiatio. In
uentio est excogitatio rerum uerarum. aut ueri similium. quae causam probabilem
reddant. Dispositio est rerum inuentarum in ordinem distributio. Elocutio
est idoneorum uerborum. ad inuentionem accommodatio. Memoria est firma an
mi rerum ac uerborum. ad inuentionem perceptio. Pronuntiatio est ex rerum
et uerborum dignitate uocis et corporis moderatio. Primum enim
inuenire quid dicas. deinde quid inueneris disponere tum quid disposueris
uerbis explicare. quarto quid inueneris et disposueris. et oratione
uestieris. memoria comprehendere. ultimum ac summum. quid in memoria
comprehenderis pronuntiare. K Si rethorica in causis et questionibus
ciuilibus uersatur. necesse est ut in uidetur causam ipsam certa habere genera.